



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

IX. De Crimine falsi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Qua pena sit supradicta mulierem honeste viventem, & virginem deflorantem. h. d.

Quod si quis stuprum admisit, multum intererit, utrum cum muliere honeste vivente sem habuerit, an virginem defloraverit. Primo enim casu stuprator poenitentiae subditus, pecuniaria etiam poena coartandus est: postea vero a dotata virgine eandem poenam contrahente habebit uxorem: si vero pater virginis daret, noluerit, aut stuprator eam uxorem habere legibus impediat, reddet pecuniam iuxta modum dotis, quam virgine accipere contulerit. Quod si consentiente patre fluere ipsa corripit virginem in uxorem ducere renuerit, compulsa est castitas excommunicaturque, in monasterium ad agendam poenitentiam retrahatur, de quo nulla etiam egeat sententia sine iudicis permissione licentia.

Qua pena excommunicatio, depositio, & servitus, cum facultate tamen sepulchri redimendi. h. d.

Major b legum severitas raptos cohibet: nam praeter secularium sanctionum poenas, anathemate cum suis adiutoribus fecit, aut si clerici sint, proprii ordinis & honoris amissionem sublinere debent.

In propriis frons non cadit raptus, & raptus per coactum purgari potest. h. d.

Raptus & autem tunc committi dicitur, cum illa, de rebus nuptiis nihil actum fuerit, abducitur. Unde de qui libi desponsit, vel parentibus reclamantibus, abduxerit, in crimen raptus, & in poenas minime incidit: Raptus quoque puella legitime cum rapto matrimonio contrahit, si prior dissentio in consensum transeat. Raptor enim & rapta, nomina sunt vitiorum, non peccatorum: vitia autem cum purgata fuerint, eorum etiam nomina abolerunt.

Qua poena homicidii purgari non potest. h. d.

Ed hoc de illis intelligenda sunt, qui mulierem laicam consensum habuerunt: nam si quis Deo dicatas virginem d vel rapuerit, vel volentes matrimonio libi focidat tenaverit, tanquam sacrilegium admittens, pro tam nefandis criminibus atrocitate peccandus erit, nulla e poenitentia voluntatis laetiarum virginum habitacione.

Tanta simpliciter fornicationis est arbitrariorum. h. d.

Denique si quis cum muliere soluta & impudica simpliciter fornicatus fuerit, tam poenitentiae modus, quam etiam alia poena in iudicis potestatem reponitur arbitrio, qui ex qualitatibus variis minorem, vel maiorem poenam statuat.

DE CRIMINE FALSI

TITVLVS IX.

Qua poena sit vel per alios literas Papae falsas, excommunicatio, & de heretici tractatus contra seculares. h. d.

Adversus eos quoque, qui falsi crimem commiserunt, varie statutum reperitur: illos tamen ceteris acris Canonibus insectantur, qui literis apostolicis falsis usi fuerint. Talium enim literarum falsitas cum factoribus, & defensoribus suis, anathemate damnatur: & si Clerici fuerint, omnibus officiis & beneficiis Ecclesiasticis perpetuo privantur: ita, ut qui per se falsitatis vitium execrerint, postquam per Ecclesiasticum iudicem degradati fuerint, seculari potestati tradendi sunt: secundum legitimas constitutiones puniendi: per quam & laici, qui fuerint de falsitate convicti, legitime puniuntur.

Qua poena sit literis nuntius, si Clericus est, officii & beneficii privatio: si laicus, excommunicatio. h. d.

Meritis cum illis agitur, qui licet his utantur, tamen ipsi non falsificaverunt: si enim Clerici fuerint,

a. Ca. i. sed. i. tit. i. b. Ca. i. q. 2. c. i. p. m. & s. extr. de rapt. d. Ca. i. q. 2. c. i. m. seg. e. g. l. d. can. 2. f. Ca. ad fals. extr. tit. i.

officiis & beneficiis Ecclesiasticis spoliandi erunt: si laici tandiu excommunicationi subiciuntur, quamdiu competeret satisfecerint. In utrisque tamen malitia gravius, quam negligentia punietur, quod & de his, qui falsas literas impetrant, observabitur.

DE HOMICIDIO.

TITVLVS X.

Assassinium, scilicet omnium homicidiorum est atrocissimum, et etiam atrocissime punitur. h. d.

Cum non ad opera tantum sit respiciendum, sed tempus, causa, voluntas, personarum differentia, & omnia quae operibus accidunt, sunt per vestiganda, sequitur, ut non sit omnium homicidiorum eadem conditio. Cunctorum vero illud atrocissimum a videtur, quod Assassinium vulgo nuncupant. Unde non solum assassini ipsi, sed etiam receptatores, occitatores, consultatores & defensores eorum, & qui per eosdem quantum interfici fecerit, aut mandaverit, dignitatibus, honoribus, officiis, beneficiis, omnibusque bonis nudatus excommunicatio: & depositionis incurrat ipso iure sententiam, & tanquam Christiana religio hostis a toto Christiano populo perpetuo diffidatus erit.

Interficiens per inducium simile est Assassinio. h. d.

Non & ab similibus eum tenet poena, qui licet non per assassinium, per insidias tamen & industriam hominem interfecerit.

Interficiens latronem non ex necessitate, punitur: scilicet, si ex necessitate. h. d.

Quod si quis latronem vel furem peremerit, videamus, an sit puniendus: & si quidem furem absque occasione comprehendere potuit, certa adversus eum statuta poenitentia reperitur: quod si non potuit, nulla occisori erit ex necessitate injungenda poena.

Non punitur homicidium fortuitum, si nulla causa casum praesens. h. d.

Idem etiam obtinebit, si casu perpetratum fuerit homicidium, ut puta, si quis & necessario insitem operi, arborem incidat, & aliquis subitus transiens opprimatur: nam si neque voluntate, nec ulla incensa culpa factum fuerit, ut pertransiens opprimeretur, arborem incidens homicidii poenis obnoxius non erit.

Tolerantia certorum amorum est injungenda parentibus opprimentibus filios. h. d.

Aliatio est eorum, qui proprios filios oppressisse reperiuntur. Cum enim hos graviter deliquisse non sit dubium, certorum amorum erit illis injungenda poenitentia.

Filius a patre, vel ab alio, patre sciente, expostus, liberatur a patria potestate: & expostum suscipiens nullum in eo habet jus. h. d.

Quod si & filius a patre, vel ab alio, patre sciente fuerit expostus, aut eidem alimenta denegata fuerint, hoc ipso a potestate patria liberabitur. Nec tamen propterea, qui expostus susceperit, aliquid in eius jus vendicare poterit.

Impediens conceptionem, vel abortum procurans, punitur ut homicida: scilicet, si id casu fieri contingat. h. d.

Is quoque, qui vel causa expellens libidinis, vel odii meditatione, viro aut mulieri aliquid fecerit, vel potandum dederit, quo minus possit generare, vel concipere, vel nasci foetiles, ut homicida puniendus erit. Quamquam alias, si conceptus nondum vivificatus fuerit, nec ut abigeretur, quisquam dolo malo fecerit, qui abortum occasione tradidit, puniendus non erit.

a. Ca. i. cod. tit. i. b. C. i. extr. cod. tit. c. C. i. extr. cod. tit. d. Can. sup. contingit. s. d. i. f. e. C. i. extr. de infan. lang. & expost. f. C. i. extr. de literarum ext. cod.

